

Tandem, mi Gerbarde, à te accipi vnas, tuarum rerum
 nuntias, cum quibusdam chartis; Unde cognoui, te mei me-
 moriam non deposuisse omnem. Scribis, quod te exerceas in
 concionibus hincinde sedulo, totumq; te pares ad Ecclesiam,
 cuius Ministerio te mancipasti. Quae res deo, et om-
 nibus pijs gratissima. Tu pergas grauiter in coeptis;
 ego pro tempore et loco tuis non deero paribus. Ex-
 istimo annum à pijs tuis parentib. tibi ad Acade-
 miam fuisse concessum, et istum incoepisse superiori
 paschate; tu reliquam tempus ita impendas Filio
 dei, et sacrosanctis ipsius studijs, ne parentes opti-
 mos anni istius poenitere possit. Interea custos
 Israëlis de loco tibi assignando sollicitus erit pater-
 nê, vel hic vel istic. dico istic, non quod haec sit mens
 mea, vel dulcissimorum parentum tuorum; sed quod
 ignorem ipse, quid infallibilis et immutabilis dei pro-
 uidentia de tua statione decreuerit. Huius enim
 cum propheta Ieremia, non esse penes hominem viam
 ipsius; nec esse penes virum ambulantem dirigere
 gressum suum; item cum Solomone, penes hominê
 esse deliberationem cordis, eius verò euentum dirigi
 à deo, qui omnia posuit in mensura, numero et pon-
 dere: quiq; numerat omnes passus nostros, omnesq;
 capillos capitis nostri. Interim, quid debeam pa-
 rentibus tuis ex pio affectu, probe noui; et quan-
 tum per dei gratiam poterò in te ad nos promo-
 uendo, omnem lapidem mouebo. Vale, et gra-
 uiter stude; tuamq; d. hospitem ex me plu-
 rimum valere iube.

Septemb. 608.

Tuus
 Joh. Capito,
 Christi seruus.

ad Alexipi.

Capito

in ipsa
 lib: noluit tam
 i vobrum
 gnat, quod m
 uoluntis offi
 tota illa tanq;
 max multo
 dicit ad iu
 m pueram
 n, quod via
 ut quidam su
 de, ad quas
 tanq; orati
 Ludo opti
 in pmo be
 chibuisse iam
 uera cum pu
 in aduonno
 ego praestabo
 Si uiximus,
 uorum maiora
 quodam sunt.
 tam no oportet
 uiam nos inu;
 uitatione, qua
 uida, gatio uide
 riq; pua uisimo
 inuoluntate
 u, u. Id.

uolunt.

1608. 8. Sept. 4.

3
vultu iuuenis herhardi
Hannoverensis, civis Bre.
mane cultissimi, nunc de.
genti theylbergae, apud
dolebam dandem parvam,
amice pervare. ad manus.

J. M. G. G. G.

19. September.
1698